

P R Æ F A T I O.

ut propter frequentissimas illas finium regundorum, familiarum heriscundarum, communis dividundi, Alluvionum, Stillicidiorum, Luminum, reliquarumq; Servitutum, tum urbanarum tum rusticarum, controversias eò felicius & expeditius decidendas, Mathematicam Scientiã sit instructus; idem ego pari jure postulaverim à Mathematico, qui Objecti ratione ferè sapius ad juriurum scientiam quàm JureConsultus ad Matthesin provocare necessum habet.

Ut ut enim certum sit, quod Veteres uno velut ore semper affirmarunt, Mathematica esse omnium scientiarum ansam & manubrium, quo gravissima quavis feliciter apprehendi tractariq; facile possunt; videtur tamen hoc primario formam & principia concernere, dum Matthesis non tantum quorumvis predicatorum de rebus quibuscunq;, presertim Variabilium, determinatam rationem, quam voce Quantitatis subinnumus, invenire docet; sed & quomodo circa res inter se comparandas, (in quo sciendi modus inter homines potissimum consistere videtur) expeditè progrediendum sit, clarissimis & menti nostræ primò aptis indeque jucundissimis exemplis declarat: & sic reliquis disciplinis omnibus, ut objecta sua similiter instruant, eandemq; certitudinem & æquæ seque assequantur, faciem præfert lucidissimam. Quod autem Objectum ipsum & materiam disciplinarum attinet, ut ut per omne genus entis longè latèq; se diffundat Mathematica Quantitas, & quæ generaliter de omni Quanto decernuntur in Pantometria, (inter quæ cum primis eminent rationum & proportionum doctrina, modus item supputandi, methodicèq; distribuendi) vix ab ullo possint impunè negligi; Specialia tamen in Matthesi potissimum Physicos, & eatenus ipsos quoque Medicos stringunt: pauciora Theologos quàm tales & Jureconsultos tangunt. Nisi igitur forma potius & principiorum